
Waleszyński Martini: Quaestio physica de mundo in communi.



+

JN NOMINE DOMINI, AMEN.

QUÆSTIO PHYSICA,

De Mundo in communi,

Ex Octavo Libro Physicorum Aristotelis

DESVMPTA.

SUB FELICIBUS AUSPICIIS

Magnifici, Perillustris, & Admodùm Reverendi Domini,

M. PETRI PRACZLEWIC,

S. Theologiæ Doctoris & Professoris, Collegæ Majoris, Ecclesiarum Collegiatarum S. FLORIANI ad Cracou: & Pilecensis DECANI, PRÆPOSITI Prosovicensis, Scholarum Novoduorscianarum & Contubernij Hierosolymitani PROVISORIS,

Studij Almæ Vniversitatis Cracoviensis, GENERALIS ac VIGILANTISSIMI

RECTORIS.

A

M. MARTINO WALESZYNSKI,

Philosophiæ Doctore & Professore,

Pro Loco in Collegio Minori obtinendo,

PVBLICE ad DISPVTANDVM,

In Peraugusto D.D. Theologorum Lectorio,

PROPOSITA.

Anno Domini 1702. Die 29 Martij.

CRACOVIÆ TYPIS VNIVERSITATIS.

QVÆSTIO
PHYSICA.

V. Mundus creatus in tempore, eſſentialiter perfectus, unicus numero, potuit eſſe ab æterno tam quoad res permanentes, quàm quoad ſucceſsivas, necne?

CONCLVSIO I.

Mundus non fuit ab æterno, ſed creatus eſt in tempore.

COROLLARIA.

I. *DEVS non ex aliqua præjacente materia, verùm ex nihilo mundum fecit, & quidem liberè.*

II. *Ex doctrina Ariſtotelis non poteſt colligi, mundum in tempore ſuum initium accepiſſe.*

III. *Mundus fuit creatus Sole exiſtente in Ariete, ſcilicet Verno tempore, non Autumnali.*

IV. *A creatione Mundi, iuxta Martyrologium, effluxêre iam Anni 6901.*

V. *Mundus totus non in inſtanti creatus eſt, ſed ſex diebus fiebat.*

CONCLVSIO II.

Mundus quoad omnes partes, tam collectim, quàm diſtributim ſumptas, eſt eſſentialiter perfectus in ſuo genere.

COROL-

COROLLARIA.

I. *Mundus distributim quoad singulas partes spectatus, non est perfectus accidentaliter.*

II. *Mundus etiam essentialiter potest dici imperfectus quasi extensivè, aut potiùs substantialiter.*

III. *Monstra, venenata animantia, & quotidiana, rerum sublunarium inter se pugnantium discordia, perfectionem mundo non auferunt.*

IV. *Potuit Deus alium mundum essentialiter perfectiorem producere.*

V. *Moles seu quantitas mundi infinita non est, sed suis clauditur terminis.*

CONCLVSIO III.

Mundus est defacto unicus numero.

COROLLARIA.

I. *Quàmvis mundus sit unicus, possibiles nihilominus sunt plures etiam ex mente Aristotelis, non tantùm ex Catholicorum Philosophorum sensu.*

II. *Turpiter errârunt Epicurei putantes mundum esse corpusculorum acervum, sine vita, sine providentia, sine ratione, sed casu & temerè conflatum.*

III. *Mundus non est corpus aliquod unum per se, formâ aliquâ substantiali præditum.*

IV. *Mundus est compages constans ex Cœlo, Elementis, & ijs naturis, quæ in his continentur.*

V. *Diversitas rerum in toto ambitu contentarum, unitatem numericam mundi non tollit.*

CONCLVSIO IV.

Mundum potuisse esse ab æterno quoad res permanentes tantùm, non verò quoad successivas, probabilius est.

COROLLARIA.

I. *Ex ſolo lumine Divinæ revelationis & Fidei, mundum in tempore fuiſſe productum, nobis conſtare poteſt.*

II. *Etiamſi Deus ab æterno mundum produxiſſet, liberè tamen non neceſſariò eum produxiſſet.*

III. *Sicut mundus potuit eſſe ab æterno, ita poſſet, ſibi relictus, cum ſolo Dei concurſu ordinario in eo ſtatu, in quo hactenus perſeveravit, durare in æternum; defacto tamen non durabit.*

IV. *Cœli tantùm cum Stellis, & Elementa in perpetuum manebunt, idq; ſub alio ſtatu perfectiori, poſt diem Iudicij.*


V. *Motus Cœlorum omnium poſt diem noviſſimam ceſſabit, adeoq; ampliùs non erit tempus.*

Huic Qui,
--- pulchrum, pulcherrimus ipse
Mundum mente gerit, ſimiliq; ab imagine format,
ex Mundo, a ſe in tempore facto,
æternus ſit honor.
Supra naturam MATRI, quia ſimul & VIRGINI,
ex hoc Naturalis Scientiæ compendio,
ſempiterna fiat veneratio.



Permiſſu Magnifici Domini
RECTORIS.




Biblioteka Jagiellońska
stdr0025979